Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8182
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Item apostata est. Sin. apo
stata iudicatur qui habitum de
ponit. cum paupertas volun
taria magis sit de substancia
religionis quam habitus. proprietarius
potius iudicandus est apostata
qui voluntariam pau
pertatem a se abiecit. Item
iudicio scripture homicida
est. quia ea inutiliter custodit
que pauperes debent comedere
unde Eccl. xxxiiii. Panis e
gencium vita pauperum est. qui
defraudat illum homo san
guinis est. Item ypocrita est.
sub habitu enim claustrali animum
gerit secularem. Extra
videtur aureus. intus autem
luteus est. Item frequenter
conficit vel communicat. quamquam
tum peccatum sit ostensum
est supra. Item peccat in patrem
et filium. et spiritum sanctum. In patrem
dum potencia eius dubita
re videtur. dum non timet
fame mori. sed ea que deo
servat iste videtur secundo dicere
illud. Numquid et panem poterit
dare aut parare mensam populo suo
In filium dum sapiam eius deri
det. Iuxta illud Proverbiorum Stultus
deridet disciplinam patris sui.
Sapientia Christi fuit paupertate
divicias propone modestiam
deliciis. unde Hebr. xii. legitur
de ipso. quod proposito sibi gau
dio sustinuit crucem.

Super illud Aug. Omnia terrena
bona contempsit Christus ut contem
nenda monstraret. et omnia
terrena mala sustinuit que
sustinenda precipiebat. ut in
illis quereretur felicitas nec in
istis timeretur infelicitas.
Istam sapiam deridet proprie
tarius. Item peccat in spiritum
sanctum. quia de bonitate dei ma
le sentit. cum credit quod si sine
erit deo ad eius voluntatem
quod ipse debeat mori fame.
aliter enim peccat in spiritum sanctum. Quia
facit contra caritatem que spiritus
sanctus est. Item non. quia religio ma
xime debet prosequi vicium is
tud. Primo quia destruit fun
damentum religionis quod est pau
pertas. hoc fundamentum posuit
filius dei. quando doctrinam a
paupertate inchoavit dicens
Mt. v. Beati pauperes spiritu et cetera.
Bern. Religio a paupertate fun
datur. humilitate servatur
mundicia decoratur. Item ma
trem religionis iugulat et
suffocat. que similiter est pau
pertas. Item quia pacem aufert
que est totum bonum religio
sorum. unde super illud. pax super
Israel. dicit glo. uno verbo omne
bonum dicit. Sen. Quietissi
me viverent homines. si hec duo
pronomina de medio tollerentur
scilicet meum et tuum — De avaricia
sciencie

Nota